

in palatio suo, cum audiret in se clamantem vocem de caelo. Servire cogitur, quem mundus venerabat; & subigere cervicem legibus durissima fortis, qui thronum sustulerat super universos Reges. Cogitur regi qui regere; obedire, qui a mamilla affluverat principari. Regi vita, imperium; moderari, pectoris spiraculum; & sensum revera Principi restituerunt, cum Magistratus ad thronum (de quo pulsus) elevarunt; siquidem haud habent homines aliam auram vitalem, praeter saltum dignitatis & honorem. Aqua lance trutinatur honor & vita. Vita est popularis aura; qua respirant superbiorum corda; & pro eodem vita; & dignitas usurpantur; quippequam stupidi sine dignitate moriuntur.

Munus regimini est spiraculum bonum.

Non est vita vitae, sed quae caeret spiraculo bono.

Subsidium est miseris fortis ignorantia fortis miseris.

Dirum homini cruciamen cogitare esse potius felicem. Eccl. 1. 28.

Qui ab omnibus cultus, ad instar onagri vicibat, & vivebat a cultoribus despectus. Ablatus fuit folij aslentatione, dignitatis blandimine, atque throni maiestate: quid mirum, dixisse restauracionem vitae, restitutionem in honorem regni & throni? Vita prorsum restituitur, si in pristinam dignitatem elevatur: igitur non est vita, vita Principis sine decore, nec habitus regalis cum dedecore.

8 Subinde. Aliqui uti Epiphanius in Vita Danieli, Dorotheus in Synop. Petr. Comell. hic cap. 4. afferunt toto septennio habuisse rationis usum, duntaxatque rationalis amissis habitum: igitur ille dixit: *Figura mea reversa est ad me.* Ergo novum mens mutata. Iacet, & seipsum contuens, agnoscendo non agnoscit: levamen esset cladis, si nescisset: igitur magna pars admittit fortis, dum miser miser est, & felix nescientia infelicitatis. Mutuo sibi intellectio, & vexatio serviunt: vexatio dat intellectum, intellectus vexationem; ut homo nesciens, laborum iudicet felicitatem: Nabuchusque (dum deserit) a fortuna, regali apparatu, ac maiestate) ut plus exagretur arrogantia, nullatenus deseritur a ratione. Petita iacet superbia, & validiore sagitta. In miserum felicitis articulo, in declivae prosperitatis statu, lucet & fulget lux mentis: ut illum vexet cognitio amissae felicitatis. Ni sua impulsisset & expulisset superbia, agnoscit habitum fuisse regnum, & gloriam: agnoscit causam, ut habeat insolentia graviorem poenam, ac animi elatio adaequatam vindictam: siquidem inflato pectori, & arrogantis cordi nullum prorsus acrius cruciamen; quam cogitare non esse, & esse potuisse tota vita felicem. *Qui addit scientiam, addit & laborem.* Succinit etiam Mariana hic in Carm.

— *Sic tibi plurima nosse, Nil invat ut maior sit nisi corde dolor.* Prenebat respiracionem sapientia facti, & cogitatio supprimebatur ab ipsa cogitatione; maxime volante ante oculos clarissima mentis, fulgore obscurata maiestatis: unde miser tabescebat; suam cogitans fuisse ruinam, alterius fortunae causam. Machina erigebatur successoris throni, ex ruderibus gloria Nabuchi. A Rege aliena figura agnoscitur; & intus pungitur; quia elevata fuit hyssopus, haud alia causa; nisi quia cecidit cedrus. Pungitur, quippe cogitat irrationalem (figura hominem) electum fuisse ad dignitatis culmen, & in figura non hominis, a dignitate deturbatum hominem. Accerime denique perstrinxit dignitatis cogitatio, cum esset Princeps ad instar bovis iud dicitur: igitur quia arrogantia delinavit infelicem, extraxit simul alterius felicitatem.

Mariano

Stimuli superbi mi feri quales

Superbi supplicia adhibetur in exemplum.

Dan. 4. 13.

Duri praesidi fronte caperata indigentibus crudelissima poena.

Ibid.

9 Erudimini qui indicatis terram, contemplantes audaciam, & superbiam deplosam. Qui te viderint, ad te inclinabunt; teque prospicient. Nanquid iste est vir, qui conturbavit terram? qui conculsit regna? qui desertum orbem posuit, & urbes eius destruxit? Quomodo cecidisti? Quomodo? En arrogantia superbissima imago. Ecce homo. Sed dignum scitu indicatur. Cur ejectionem, in ob abiectione a solio delira celestodinis, amplexi sunt Magistratus, & Optimates? Rex homo erat, aut auissit formam, sed figuram: non usum innatae rationis, sed tantum adumbrationem similitudinis rationalis imaginis. Qua igitur pollice detrudunt e solio Regem, videntes (licet non ad speciem) hominem Principem? Iure Placidum commendat in Superiore vultum; intendentes (quem agnoscunt hominem) esse humanum: gravis utique fuisset subditorum pusillanimitati molestia; quare hominem & esse in alia figura: adire hominem Principem, & invenire belluam obtutibus devorantem semetipsum bovemque virum, semivirumque bovem; qui subditos abigeret, quos necessitas iuris ad solium traxit. Spe subsidij accederent vindictae maiestatis, & Panico absurdè corripentur terrore. Optime conservacionis muneris refragantur Magistratus; cum videtur Princeps horridus, pilosus, banbalio, hirsutus, Perniciei, vel commodi erit allicii, auctoritatu pro Principe videre monstrum. Nec minor perniciēs, quam carere vultu, nec maius commoedum quam gratis privari superioris aspectu: siquidem si subditos Praesidijs allicet permulcens charitas; pungit, non fecus ac aper, pro blandis verbis eiaculari fetas. Magistratus

Horribilior gestu gravior Caligula.

Sueton.

Isai. 11. 21.

Principi inarbanus hirsutus draco.

Septuag.

Amo de mon.

Sape praesidi cogitare Nervae & patet Caligula. S. Bened.

expulerunt & iterum Regem requisierunt Magistratus. Prudenter quidem: non inquietant, quem expulerunt; Principem; quousque in homine cognoverunt hominem.

1 Mos fuit C. Caligula pro horribiliore vultu, ut terretur spectantes (& quod graviore, graviori) quo quidem gestu placebat in Senatum procedere; tpecula meditare contulere. Aetio voci congruit: *Oderint dum metuant.* Immanissima facta augebat atrocitate verborum. Unde illud ipsius: *Nil magis in natura sua laudare se, ac probare, quam invenire cadentem.* Vide Sueton. Trajq. lib. 4. cap. 29. 30. In oculis Principis feces gratiarum: ac plane dirum, quod alpeclus Imperatoris, cogitatus ut subsidium, vel oculis sit tormentum. *Requiescent ibi bestia, & pilebantur domus eorum draconibus, & pilosi saltabant ibi:* dixit Evangelicus Vates. Vel prudentior Respubl. si his languet caput Principis moribus; erit propalam gyrgathus. Nos dicimus. *Casa de locus.* Haud inest moderatori in forma figura humana, quia in turpiori imagine requiescit bestia. Injurie illata nutuo clamant a regente vindictam, vel necessitates perquirunt precibus gratiam. In quocunque articulo malum, & unde vis impendit cordi periculum: quippequam anxios subditos confugit morere ad Principem, & invenit in solio horridum torum draconem.

Horribilior gestu gravior Caligula.

Sueton.

Isai. 11. 21.

Principi inarbanus hirsutus draco.

Septuag.

Amo de mon.

Sape praesidi cogitare Nervae & patet Caligula. S. Bened.

mentrationis. Ut qui stat, videat ne cadat superbia (qua corruit) decipula, Rex vicit in bono malum; igitur agnovit feliciter inferrimus in malo; revocabile irrevocabile bonum. Instat temporis occurrit felicitas, mulcens; & ludens cogitationes humanas. *Agedum silentio dicant: quippe (Martialis lib. 1. Epigram. 16.) Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.*

Felicitas temporis si nulli.

Mart.

DIDASCALIA IX.

Laborum non aliud supra, quam terra patri priuari.

1 Cecinit Euripides in Med. v. 652. Unde in Troade ex persona Hecuba ait:

Eurip.

Honestum namque est mihi Urbe hac flagrant, me quoque simul mori.

Idem.

Et Virgilius 2. Aenid. v. 637. *Abneget excessa vitam pro ducere Troia Exiliumque patri.*

Exul careret vitae.

Quocirca apud omnes (licet a Cicerone pro Aul. Ceclio vocetur exilium, non supplicium, sed profligium, portuque supplicij) accipitur pro poena capitali. Alex. ab Alex. vide lib. 3. cap. 1. & 20. *Dier. Gemali* atque Tiraguell. hic. *Exilium* (ait Laurent. Beylerlin. in Theatro V. H.) inter politica servitutis species connumeramus. Quod quidem malum, uti pessimum Ovidius in *libm* imprecatur infello:

Exul careret vitae.

Cicer.

Alex. ab Alex. Tirag. Beyler.

Exul, inops erres, alienaque limina lustras. Quo longius exilium a patria, eo durius, & dirior poena. Unde per Epiralum, Seneca in *Hercule furem*. Ad. 5. diras ultrices in suum caput evocat huiusmodi:

Ovid.

Dira Furiarum loca Et inferorum carcer, & fontis plaga Decreta turba, & si quod exilium latet Ulterius Enebo, Cerberio ignotum & mihi; Huc me abde tellus.

Senec.

Per Epitaphium, sive exaggregationem dixi, siquidem quasi non fuisset mortis & inferni poena, per exilium cogitatur aliquid ultra. 2. Haud novum in sacris literis, quod a patria dulci expulsio, conferatur pallidae morti, & inferno. *Percussimus* (dixerunt relegandi ex Israel propter frequentes in idola claudicationes, & crebras iniquitates) *factus cum morte, & cum inferno fecimus pacem.* Exprimunt pravacionem poenae nam, & acerbissimè plane vividam notam: igitur cum poena inferni, & mortis sit *Maximum quod sit cruciaminis; mortis & infer-*

Exaggeratio casu vitatis exilij.

Isai. 28. 15.

Exilium quale tormentum.

ferri proponitur pactum, ut explicetur exactissime exilium: quandoquidem vel in ultima cordis molestia, ingenio exilij & datur aliquid ultra. *Expellam in terram inviam & desertam*: ait Dominus per Ioseph. Quid per terram desertam & inviam intelligatur, creperum. Aliqui autamant terram non notam: alij infernum, & inferi poenam. Ad Cornel. Alapid. hic, & Riberam in *Alleg. num. 45*. Utriusque intelligentia collectio, quantum angurose, astipulatur exilio: quippe si in exilio quilibet terra deserta, utpote incognita; & apposite describitur extorris amaritudinibus animi graviora pagna: etenim infernus proponitur symbolum, ut cogitetur quale exulis cruciamentum. *Serpens Adam & Evam de paradisi delicijs eiecit, humanum genus in infernum demersit, & vitam abstulit*. Hac Idiota lib. 1. de *Amore divin.* cap. 34. Mortem signat, infernumque, ac simul exilium; ut innotesceret supplicium exulis, per inferi cruciamentum simul & mortis.

3. Frequentius offenditur in Scriptura pactum cum morte, offensa animi percussione, iaculo exilij. *Educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israél*. De sepulchris educuntur, qui mortui iacent, & terram oblivionis defuncti possident: ac cum postliminio reducuntur ad Penates, reapse miseri educuntur de sepulchris; quoniam in terra aliena, erant propter exilium viva cadavera. In terra Israél nutriti fuerant in croceis, & in exilio saturati sunt ærumnis: vita ærumnosa non vita, nihil est supra, quam privari patria: & exilium non vocatur exilium, sed sepulchrum; quippe neququam vivunt viventes exules, & mortui ut iaceant, reconduntur sepulchris.

Perpende: *Vaticinare de osibus istis*, Prophetæ præcipitur. Ubi ossa, & qualia? Homines extorris sunt, qui à patria exulabant Israél. Homo licet in exilio, non monogramus: quomodo igitur duntaxat prophetabit de ossibus? Aprè: immutatur fragilis humana natura, crescente pœna: exul haud cognoscitur homo, sed hominis tantum imago. Premitur, tunditur crebris corporis, animique molestijs: atque apposite dicitur: *Vaticinare de osibus istis*, quandoquidem per cruciamentum incolatus, homo nequaquam est homo, sed hominis sceletus. *Ossibus*: graphycè obumbratur proscriptorum pœna, dum ossa exponuntur, & viventium sepulchra: igitur expulsus à patria, ita angorebus, premitur; ut vel in vita moriatur.

4. Primi hominis iustum supplicium attruct vigilantè Didascalie propositum,

Joel. 2. 20.

Alap. Ribet.

Inferno confertur.

Idiot.

Ezech. 37. 12.

Sepulchræ ærumnarum exilij hieroglyphicæ.

Verf. 4.

Homo relegatus, non homo sed hominis sceletus.

De ligno, quod est in medio paradisi (sic præscribitur) ne comedas. *Id quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris*. Pravaricatus est homo, districte exigitur ratio; rerum capite non plectitur. Quo pacto vivit, dum Legislator serio capite sanxit? Iudex convivet? Neutiquam; sed morte moritur: quando? *Emisit eum dicitur Dominus Deus de paradiso*. Hæc est capitalis pœna, homine gaudente vita? Næ. In exilio homini non datur exilium, sed sepulchrum; cum minime vivat laboribus moriens, & ut magis vexetur acerbè sepeliatur vivens.

Patriam, & vitam perdidit. Dixit exul apud Plantum, in *Captivo*. Scen. 2. Act. 2. Morte moritur, qui amittit vitam: & vitam perdit, qui erraverit extra patriam. Quia pœna capitis, & supplicium extorris: igitur si in exilium agit, morte moritur. Commutatur pœna, non mutatur. Morietur Adamus, si peccaverit, & morietur Adamus, in quocumque die à paradiso voluptatis exierit. In ipso die, quo comedit, exulavit: & sanequam obiit, quoniam amittit infeliciter vitam, quicumque perdidit male fortunatus amabilem patriam. Innotescit multa mortis in præscripto legis. Haud dicitur: *Morieris, sed Morietis morte*. Morietis, si peccaveris, quia morieris; & morte etiam morieris, quia à paradiso exulabis. Morieris, quia morte exibis de vita; & morte morieris, quia expelleris à patria. Rectè, elementerque multatur pravaricatio. Mors pœna fuit? Inest mors. Morietis homo in exilio, & cum exilio.

5. Adhuc observa. *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram*: nimirum amittens patriam. *Ut operaretur terram*, affectus in anima panem, tradens & eiectus in servitutum. Quo pacto erit servitus, dummodo egredietur relegatus? Promam. Ille in exilium missus est; ac fact per quem cuncti homines, filij eius, acti sunt in exilium: meritoque ut mancipium proferibatur, & ut terram operetur; siquidem exilium, quod ex capite fonte scaturivit in prolem, in auctore ingressit iustissimè servitutum. Altius cogitabo, & e converso. Ille eiectus est à paradiso voluptatis, & filij perpessi sunt cruciamina servitutus. Quia igitur via, dum exules (sicut pater) dicentur servi, qui adsepti, nisi in patre, mancipati non fuerant servituti? Intende. Exilium in auctore exilium est: in filijs minime sic. Supplicium enim crescit, & pœna, dum in generante rutilat causa. Servitus est filiorum, re legatio parentum: & dicuntur mancipia, si mulac Adamus exulavit à patria: quia cun-

Gen. 3. 17.

Gen. 3. 31.

Exilium mors.

Plaut.

Et acerbitus.

Verf. 23.

Cum Adamus exilium dicitur servitus.

Mancipia servum per exilium patris, hominis exules.

Et homines exules, exules fuerunt per exilium patris.

6. Modò patet ratio, cur pueri Iesu in Ægyptum profectio, qua quidem exulis in Matre Virgine insignitur titulo servitutus. Aliqua dicam pro dolore Matris purissima & Virginis delicate, aggredientis iter longinquum, & amplectentis itinere Filium Deum. Claret igitur tormentum amantissimi Matris, cum exilium (ut vidimus) sufficiatur loco mortis. Quiescent ergo Iosepho (imminente Herodis crudelissimo consilio, quasi non nati in Regem, sed in pro-cacem furij agiturum, postificem) appareat Angelus, dicens: *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum*. Hi tres, Iesus, Maria, & Ioseph, exulant à patria; ut pueri exulis præmunjatur vita. Quidum, quod est exilium in Filio, & Sponso, à patria in Ægyptum actis, servitus erit in exilio Virginis? Quia spectabat exul exilium Filij, & exilium Sponsi. Duplici igitur munere, & triplici pœna opprimebatur Virgo peregrina: pœna scilicet relegationis, & muneris dignitatis. Maria ut Sponsa, respiciebat Iosephum; tanquam Mater verò Filium: & licet hi tres amandentur à patria; haud exulat tantum Virgo, prout est Mater & Sponsa; sed exilium sit amarissima servitus; quia secum exulat Filius, & relegatur Sponsus.

7. Haud patris matris dicitur, qua mater nata, sed qua nascitur filius: non ubi auram primam genitrix vitalem hausit, sed ubi filij plorantis primam vocem exaudivit. Patet in Agar. Egredus eius à domo Abraham, exilium prædicatur ancillæ. *Ejice* (dicitur) *ancillam hanc, & filium eius*. Si consulere articulus observatur, perperam Agar exilium dicitur; quippe Agar Ægyptia erat: sic nominatur, cap. 16. 1. & 21. 9. Quomodo iudicabitur exilium, declinare in dulcem natale solum? In eadem auctoritate diluitur nodus. *Ejice* (inquit Sara) *ancillam hanc, & filium eius*. Constatur Agar in proscriptioe exilium, in domo Abraham, quasi patris natum; & dum filius à patria descivit procul; mater in patriam propriam ducitur exul: quippe matres terram propriam, habent filiorum generalem glebam.

Hæc etiam lege clarescit quadam umbra difficultatis, qua obviam fit oculis in exilio Virginis. Exilium nominatur, dum declinat in Ægyptum: cur ergo, ubi ascendit in montana, ut saluaret Elisabeth, & profecta est in civitatem David, haud dicitur exul? Ascendit & Ioseph à Galilæa de Civitate Nazareth in Iudæam; ut profiteretur cum Maria, desponsata sibi uxore, præ-

Exilium pœna capitis.

Matth. 2. 13.

In Deipara sumpti servitutum.

Genef. 21. 10.

Exulat mater in filio.

gnante. Si exilium, sive voluntarium, sive invitè, non est aliud, quam absentia patriæ, & in Nazareth, ut placet aliquibus, (vide Morales in *Matth. lib. 6. tract. 6. de Exilio pueri Iesu*, & *Castro de Vita Deipara cap. 10.*) habuit Virgo patrium solum; cur absentis à patria non vocatur exilium?

Subelratio. Bethleem (civitas Regis magni) patria futura; siquidem Sol divinus ibi editur in lucem Virgine Aurora: & quavis Virgini Matri erat terra peregrina, & patria proci; extra patriam mater nequaquam dicitur exul. Exilium matris erat felix patriæ prolis: & ubi nascitur proles, haud exulat corpus matris; igitur natorum genitralis gleba, est genitricis respectiva patriæ. Ab hac igitur ascendens super nubem levem (ut indicet Virginis maternitatem) infans Iesus ingreditur Ægyptum, declinans Regis furorem, & familiare consilium. Huiusmodi profugium patet exilium in infante, verum servitus in Virgine. Cur igitur exilium exilium duntaxat prolis, & servitus dira matri? Hecine questio: acumine ingenij (prout poterò) clarescent inquisitione, & disquisitione.

8. Aliquod sepe odqratus sum vinculum inter servitutum parentum, & exilium lachrymabile filiorum. Suffragatur Virgo Incarnationi Divini Verbi, ac legationis ministro licet dicit: *Ecce ancilla*. Vox quidem nova, dum elevatur, est merito, temina in fastigium dignitatis, qua commendationem habet cuiusdam infinitudinis. Absolone audiuntur tantæ auctoritatis dignissimum privilegium, & conditionis matris Dei (adhuc in carne) servitutum. Haud absone, imò congruè. Unigenitus Dei, ut in Virginis purissimo clauitro subiret hominem; descendit in mundum, *Quasi deservens patrem*. Sic inquit Gislandis *Expositi. Evangelij ult. sens. allegor.* & Cornel. Alapid. in *Epist. ad Ephef.* cap. 1. verf. 31. Cælum cœli erat Dominus quasi locus patriæ, & descendit in inferiores partes terræ. Descendit quasi exul in terram, & illic mater sese vocat ancillam; quia quod in filio est species exilij, aut exilium, & non amplius; in genitrice, quia genitrix, signatur merito servitus.

9. Ancilla Saræ serviebat Agar, qua quidem videns se ex Abrahamo fecundam, futuræ prolis honore depexit, dominum. Ad querelas duntaxat de serva cum marito impulit stimulus puncti peccatoris; quia carebat gratia avitæ fecunditatis. Illic ut habuit, arripuit capillis exp. (sonis occationem: igitur causa, quia vidit filium ancillæ cum

Moral. Castro.

Haud exulat mater, ubi illi nascitur filius.

Luc. 1. 38.

Exilium filij, erga matrem redolens servitutum.

Gisland. Alapid.

Gen. 21. 10.

cum Isaac ludentem. *Eijee* (ait ad Abraham) ancillam hanc, & filium eius. Ancilla Agar insignitur nomine. Intende. Ancilla est quæque caret libertate. Ergo expelli, aut abigi à domo Domini (quantumvis opulenta) haud erit iniuria, sed æstimabilis gratia; quippe manumissa obtinebit libertatis conditionem, declinando vel nomine miseriam servitutem. Quare namque dum ancilla libertate donatur, ancilla à dominatrice dicitur? Deinde. Egredi à domo Abraham exilium est, igitur (præterquam in ædes domini) reverti inerat sanè libertas; & quibat abire, quoque ferret voluntas. Cur igitur exilium (quod utique sedatur felicitatem libertatem) Sara vocat in ancilla, quæ iam non, infelicem servitutem?

Merito quidem. Non dixit viro: *Eijee ancillam*; sed *Eijee ancillam hanc, & filium eius*. Nimirum utrumque: & verè dicit domina famulatum, quod tantum sonat exilium; quia exilium filij licet genitrix gaudeat munere libertatis, est servitus genitricis. Uterius. Nullius rei magis satagere poterat Agar conditione serva, quam libertatis; ut excuteret iugum conditionis, atque libera eligeret domicilium, ubi constitueret, aut construeret commodum. Haud amplius desiderare quibat in familia prædite, nisi à dominatorum potestate profugium; ut sui ipsa tantum haberet dominium: igitur licet egressus, propter commoda amilla feratur ægre; labor propter libertatem æquo animo ferri potest, & dici levis; quoniam gravitas quæcunque libertate tolerabilis: nihilominus tamen dum libertatem nascitur, à domina iurè, filium adducens, uti serva tractatur; quippequam in matre, ubi relegatur filius; ipsa libertas est miseriam servitus.

Nova quidem videtur vox *Servitus* in Virgine Matre, quo tempore in Ægyptum fecerat cum filio exule. Exilium est: & exilium haud ita acuit aciem doloris, ut compar sit oneri servitutis. Cur ita in Virgine exilium vocatur servitus? Quia exulat filius. *Accipe puerum & matrem eius* (dicitur Iosepho) & *fuge in Ægyptum*. Non solum matrem, sed etiam filium profugum: & exilium cum exilio filij in pectore amantissima matris, est species dirissima servitutis. Inter species servitutis, ut vidimus ex Beyerlink supra num. 1. numeratur exilium. Exilium servitus? In Matre Virgine iurè. Haud exularet Virgo Mater, ni exularet in Ægyptum puer. Macro angoris directus in infantem, valide retorquetur in genitricem. Eligat Virgo extra patriam confugium & exilium,

Mater dicitur equi serva, ubi filius privatur patriâ.

Matth. 2. 13.

Beyerl.

Iugum servitutis Virginitas ex exilio profugit.

nè rex iniquus necis infantis consequatur propositum ergo servitus est, & non exilium exilium matris, cum dimanet exilium matris ex exilio prolis.

10 Serva (ut diximus) appellatur Agar egredias cum filio ex Abraham domo. Vigilanter enim examinandum est testimonium, ut extricetur in amore matris servitutis ingenium. *Eijee ancillam hanc* (inquit Sara) & *filium eius*. Uterque expungendus ex familia: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Estò. At quomodo servam exprimit, quam manumitit? Perperam insignitur hoc nomine, igitur libertatem inveniet in ipso limine. Famulatio, & manumissio? Sanè. In ipsis verbis obiectio ni respondet. *Ancillam hanc*, Observa *Hanc*. Minime removeas ex famulatio aliam, sed hanc signanter ancillam. Plures obsequabatur ancillæ Saræ; sed huic tantum erat filius, qui cum matre erat in Ægyptum expellendus: signatè enim & merito dicit: *Hanc ancillam*, & in ipsa etiam libertate vocat servam: siquidem si in alijs ancillis & famulabus, quibus non erat filius, exilium procederet in libertatem; Agar quia filium habebat, ipsa libertas proecessit in acriorem servitutem.

Rursus. *Hanc dicit, & Ancillam*. Reliquæ non sunt ancillæ? Utrique: verum fecunditas in illis haud filiorum struxerat cæcitas amara dulcedine; quibus oblitgerentur volupe, vel in ipsa libertate: & Sara haud memorat aliarum servitutem ancillarum (quæ domi manent) servitutis Agar memor, dum liberè in patriam exit; quoniam respectu servitutis, quam generat amor prolis, nec ipsa servitus habet umbram servitutis. Supplet ratio. Reliquæ patiebantur iugum servitutis in servitute: Agar autem catenam servitutis cum exilio filij in pretiosa libertate: atque inter animi amaritudinem & amaritudinem; Agar, quia mater, etiam excusso servitutis iugo, periebat graviolem: etenim in alijs erat captiva captivitas, in genitricè verò erat captiva libertas.

Intelligitur liquidè propositum demonstrationis, in exhibitione illustris auctoritatis. *Hanc*, inquit. *Hanc ancillam*, quam habeo omnino ad nauseam. *Hanc ancillam*, Adspicere egreditur, & serva sine servitute vocatur? Appositè. Ampliorem penam Sara ancillæ manumittende præparat fastidium; quam si haberet servam domi, ad euleum subeundum: igitur si libertas averfatur oppositam servitutem; ducit exilio filij Agar captivam percipitiam libertatem.

Genes. ubi sup.

Libertas matris, servitus est exilio sobolis.

Non est servitus diva servitus, si filius cogitatur exul, aut profugus.

Captivitas liberat filiorum exilio.

Amplius servitute matris cruciamen filium habere exultem.

Inlu.

Exilium filij consistit in ingitur servitutis vincula in libera matre.

Gen. 16.8 Gen. 21. 27.

Quomodo amor oblatentem re dicit in servitute.

2. Cor. 9. 8.

Qualis est servitute, & servitus est ditionis.

Amor proli in servitute impellit matrem.

Insuper. Ancilla vocatur Agar extra potestatem domina, & dum est sub domina potestate. Si propter dominium iurisperiti discernunt, & decernunt corporis famulatum; quo pacto Agar erit serva extra dominæ dominium? Est profectò Agar filij penna, quæ extra servitutem ancilla. Eleutheriam capit Agar, cæteram egreditur è domo cum Isaac. Servitutem exiit, sed cum filio profugo exit. Exilium pueri liberæ matris conditionis vincula non rupit: imò contraxit per amorem servitutem libertatem. Snum ergo exilium liberam faceret, dummodò exul filius secum non esset: & in ipso cleutherio libertatis, cum filio præfessetur & notula servitutis; quippe matris languet omnino libertas, dum exilij in filio cogitatur calamitas.

11 Obiter in cogitatus robur, occurrat eiusdem ancillæ iugæ pridem notabilis casus. Ibi fugit, hic cum filio eijcitur, ubi fugerat: At observa. Dum fugit, vocatur ab Angelo, sed ancilla vocatur. Sic enim locutus: *Agar ancilla Saræ, unde venit, & quod vadis*. Cum eijcitur à patris domo filius, & utriusque ordinatur peregrinatio; non vocatur Saræ ancilla, sed nomine proprio. *Quid agis Agar?* dixit Angelus de celo. Diferimen Angelicæ locutionis, ut scrutetur arcanum, pulsata animam, oscitatione quasi veterno, sopitum; siquidem refert scire, cur modò proprio appelleret nomine, & serva dicitur in articulo iugæ? An quia in secundo, iactu, utpote extra Saræ dominium, nomen habebat proprium? (Vide quæ diximus *Tautolog.* præcedent. *Didasc.* 11. num. 2. 5. de nomine servi.) Neutiquam urget ratio: equidem domina liberam misit, & ancillam post libertatem ostendit. Qua namque via erit, & non erit serva? Facul. Est enim servitus per conditionem, & per charitatem. Iccirco Paulus dicit: *Charitatis ingenium*; quia solummodò ut ingeniosa poterat captivare libertatem, ipsam apprime convertens in servitutem. Est conditio servitutis, & servitus conditionis. Prima oritur ex corporis abdicatione, secunda autem exprimeat libertate. In conditione servitutis corpus subijcitur iugo, verum voluntas quocunque volat: in servitute conditionis corpus haud subditur nervo, at voluntatem sine arbitrio charitas arctat. Clarius ergo: Est servitus in femina, quia serva conditione, & quia mater dignitate. Cum filio suo Agar, quæ faceret serva, est in peregrina patria: & dicitur manumissa liberè serva; nequaquam per insignè conditionis, sed propter notulam matris. Est serva, & non est

Tom. I. Tautol.

serva. Non est serva, sicut dixit Angelus, propter onus servitutis gravè; sed est serva, uti procul Sara, propter exilium lachrymabile filij.

Præterea. Haud coherere videntur Angeli sententiæ, & Sara: hac enim illam à domo dimovens vocat servam: Angelus autem interpellans proprio nomine, liberam. Eequid hoc de ancilla Agar? Minime dissident proprietates, etsi contradictoria incongrue explorentur voces. Uterque nempe, Angelus & Sara servam Agar vocat domi; sed domina addit, *Exile exule*, esse servam, & excussa potestate. Servitus exilium filij; Sanè, & dirior; sed servitus ab Angelo meditantur non notatur, quia cum exilio filij subintelligitur.

12 Modò quidem decurrat excursus in præfatam auctoritatem, ut ex sententia feminæ, matris intueamur liberam servitute. *Eijee* (ait Materfamilias) *ancillam hanc*. Cur non dicitur exul, relegata; sed emancipata, ancilla? Scit profectò cor femina, quantum pena filij dolet, & debuit matris iactum, per servitutis incommodum. In exilio utriusque, nullatenus exilium Agar fuit causa exilij Isaac; sed exilium Isaacis fuit origo exilij matris. Mulctatur ambo, *Cum videret filium Agar Ægyptia ludentem cum filio suo*. Haud occasio exilij filij fuit mater; cæterum relegationis matris exiit puer: & dicitur liberè servitus, illud horæ quo cum matre exulat filius; quia non illic per matrem, sed illa infelix relegatur per proiem.

Subinde. *Eijee* (profert Isaac mater genitorum) *ancillam hanc, & filium eius*. Nota *filium eius*. Matris demonstratur servitus, verumtamen non ostenditur servus, qui ancilla filius. Servitus sequitur ventrem: quare filium servum non nominat, dum designat servam matrem? Cur nam si genitrix exulans serva dicitur, servus non dicitur filius, qui cum matre à domo defecit exul? Circumspicte occasione relegationis, evanescit machina difficultatis. Egreditur in Ægyptum expulsa Agar, quia exul egreditur filius eius Isaac. Haud sui causa expellitur è domo: propter filium decernitur matris expulsio: & Sara ancillam Agar iussissimè vocat, dum tantum relegat Agar, quia quod in filio servo (causa exilij) est exilium & non amplius, in matre libera est servitus; igitur exilium prolis fuit occasio expulsionis genitricis. Vigilantius denique, ut quid amor valeat cogitetur in matre. Filius servus est, & exulat filius: mater emancipatur, & ancilla dicitur. Talec utrumque sagitta, illi-

Ecc

Exule filij, intelligitur in matre mæcipatio.

Genes. ubi sup.

Gen. 21. 9 Servitus est matri dum exulat causa filij.

Quis amor relegat, servituti obli-gat.

Exilium in dilecto filio, servitus est pectori mæcipatio.

ed ut audita est remotiois sententia. Aliter tamen, & aliter matrem, & filium percussit: exilium in filio, quo non plus, fuit servitus in Agar; quoniam amor matris contuens in filio relegationem, ipsam utpote amantem, redegit in servitum.

1. Contemplerur in Virgine dolorosa, auspiciatice Maria, quae in serva Agar collocata velut in umbra: igitur ut innocescat vulnus cordis propter exilium filij, etiam ipsa dicitur Ancilla Domini. Exit puer profugus a terra Israel in Aegyptum: utrumque signat caeleste decretum. Ecce Angeli Iosepho vocem: *Accipe puerum, & matrem.* Fugit filius, ut exul a patria; verum mater, ut ancilla. Quomodo? Servitus est molestior, poena gravior, & longe ceteris victrix calamitas; si in libertate sine servitute captivatur liberatas. Ut ancilla: haudquam ligumate conditionis, sed conditione matris: quippe praestat cunctis captivitatibus dira captivitas, ubi iacet serva libertatis absoluta voluntas. Perficitur per terminum ab amore, quod respicit officium vel in ipsa servitute. Patet: nunquam in articulo intolerabilior servitute, libertas suppeditur voluntatis. Fugit Maria in Aegyptum ut serva. Nonne solute carpitur via? Sane: attamen mater ansam haud dedit exilio. Exilium matris ortum a puero. Si mater sui, aut exilij pueri auctrix fuisset; in ipsa & filio esset exilium exilium, & non amplius: verum in genitrice ostenditur exilium gravissima servitus; quia servitus est & non exilium matris, exilium quod feliciter commovet exilium prolis.

2. Egre diantur saepe exules filij, patres comitantes exules. Secus accidit in exilio Virginis. Hoc iugum subivit grave tenera mater, quia exulavit puer: iureque dicitur exilium servitudo genitricis; siquidem ex exilio dimanabat infantis. Serva filij, & per filium exulata serva. Intuebatur filium popum sellivum & infantem, praeter filij hominum speciosum, & milibus electum, commorantem inter ubera, & ab oculis cordi construebatur catena. Haud mater portabat brachijs, sed ferebat oculis. *Mater eum portabat:* afflicta Bonaventura in *Vita Christi*. *Hac (sane) visio similitudinis gloriae Domini:* puer Iesus species micat electi, Maria currus, & Cherub iuxta rotam erat Sponsas. Sed late alias de hac trinitate sermo. *Mater eum portabat.* Currus Dei Israel, & auriga eius, quo liber infans procedebat in triumphum, erat Virginis delectabile gremium, & catena delicatae brachiorum. *Catena dixi,* & consulo: equidem excogitari nequibat acerbior ser-

Matth. 23.

Virgo Dei para fugiens in Aegyptum per dilectionem fuit serva.

Contemplatio Virginis in exilio.

Bonav. Ezech. 2.

Portare Iesum exulem, conterrita Virginis exilium in molestiam servituti...

vitus in genitricis diligenti servitute; quam videre, & portare manibus filium exulem.

14. Adhuc in umbra, illuminata radijs fugae Deiparae, late explorantur illuminationes doloris matris, propter exilium filij etiam extorris. Fugae est domo Abraham in Agar, aere ferens gaudia matris, & catenam in servitute. Etiam in servis minuitur patientia, ubi aridet vel per vestigium fortuna. Tedium dominae, quae contentiose affligebat servam, impulit praeceptum in fugam: cumque invenisset eam Angelus, dixit illi: *Revertere ad dominam tuam.* Post expellitur cum filio a patris opulentissima domo, & quamvis Angelus opitulatur vita matris, & filij, ostendens in refrigerium sitis gurgitem aquae: nullatenus suadet, ut revertatur in potestatem dominae. Si clemens servae consulit, dum fugit primo; quare etiam servitute non suadet deinde? In prima fuga sola errabat per solitudinem: in secunda secum deducebat filium extorem: & in illa Angelum, ut serviat, hortatur servam; ceterum in fuga extrema nequaquam: igitur acriorem haud pati poterat servitute ancillatris; quam illa, qua tunc argebat in genitricis.

In promptu causa. Reverti in domum Abraham, nihil aliud ponderis habebat, quam humiliari sub manu Sarae, & ad nunc voluntatis servire dominae. Pergere cum filio per imperviam desertum, erat sequi filij dolorifice exilium: & nequam reditum ad servitum suadet Angelus; siquidem in exule filio matrem amarior constringebat exitus.

Ultra. Angelus sollicitabat in prima fuga dedecore Agar errorem, ut tranquille ferrer Sarae potestatem; quia licet illi videretur poena servitute gravior, illam latebat certocertius acerbior. Modò cum filio exule, non hortatur, quod ad dominam pergat; ut in exilio Ismaelis, prima fugae magis ac magis poeniteat. Estet subsidium, si suaderet reverentem: igitur sciret, quid lateret inter servitute & servitute: nempe, inter servitute per conditione invitam, & praeter amore servitute voluntariam: siquidem si in prima amare ferebat dominam genium; in secunda, quia mater filij dilecti sustinebat exilium.

Etiam. Si attentè Agar cum filio exitus cogitatur, pondus huiusmodi servitute in liberis dignoscitur. In egressione secunda manu genitricis deducebat dilectum filium. Solatium cordi (amarissimo quidem) matris, erat aspectus prolis, secum abscedentis a ter-

Gen. 16. 9

Minime desideratur servitus, si exulas ubi ius.

Gen. 21. 14. Septuagint.

Gen. 21. 16.

Graviter libertas si servorum sumptibus lacrymarum.

Ibid.

Verf. 17. Haud datur servituti amoris solatium extra caeli.

Actioe servituti ubi amoris, quam conditionis.

Verf. 18. Respiciere filij exulem, est renovare servitute dolorem.

Excelsis servitute, filium non suadere exulem.

ra nativitate. Ducendo autem manu, vel manibus in fuga; exilij filij semper urgebat memoria: quae quidem ita sodicabat peccus tenera matris, ut leve videretur iugum acerbioris servitute.

15. Cetero. Auctoritas mysterijs plena acumen excitat, et perlustrat cuncta. Simulacrum Agar enacipatur, indicatur a domina tanquam serva; & Abraham simul cum filio manumittit in patriam. Verum quod pacto? Ampliori incommodo. *Tradidit puerum (Septuag. In manu) & dimisit eam;* Altruit Abraham ipsa actione servitute; quam indicaverat Sara; dum ancilla capescebat libertatem: innotescit planè, matrè servitute esse molestam, filium exulem in terram manuducere ignotam.

Liquet. In prima fuga haud genuit serva, sed desiderata libertate gaudet: dum eicitur liberta, *Levavit vocem suam, & flevit.* Quae proprijs incommodis resistit valide, affectu matris mollior deficit: siquidem viscera commoventur genitricis; intuitu filij praeter animam exhalantis. Liquefecit ignis amoris cor matris in fontem, ut filij deficientis sedaret sitim. Magno pretio mater excutit iugum servitute, & suscipit etiam magno elucterium libertatis: filij quippe suo portavit exilium, & sumptibus lacrymarum. Plorat mater, quia flet puer magnas contemplantur in servitute matris, libertatis poenas; cum tot pro libertate profudit lacrymas. Languentem vidit, *Sedit: quae è regione proclit.* Ecce servitute amoris ferream catenam: nempe, mori filium, & coram. Languet iure animus, dum expirat filius. Duplicantur servitute vincula in eiusmodi scena. Aspectus filij erat exulis levamen, & infelix mater aspexit puerum morientem. *De caelo descendit auxilium;* ut ostenderetur amoris ponderosissimum iugum: ingens sane erat liberae matris afflictio; ubi opus fuit, quod auxilium descenderet velociter quam de caelo. Calamitas flexit, servitus nova inclinavit, clamor matris caelos lupit, & pro solamine opitulatio descendit.

Denique. Ab Angelo sublevatur calamitas ostentioe fontis; sed mater gratia haud exiit conditione servitute. Filius praeter siti laeguebat, & matrem Angelus iuber, ut illam languentem usque ad fontem manuduceret. Sic enim ait: *Surge, tolle puerum, & tene manum illius.* Solatium videtur iusio in amaritudine matris; & est exulatio vulneris servitute: igitur cum ista procederet ex dolore, quia videbat filium exulem; manuducere puerum erat profectò renovare dolorem. *Tom. I. Taut.*

Verf. 17. Haud datur servituti amoris solatium extra caeli.

Verf. 18. Respiciere filij exulem, est renovare servitute dolorem.

16. Iam servitute Virginis videmus in anigmate per speculum, cum filij & ipsius contemplanur exilium. Si servitus Agar & servus Virginis appendiceretur, haec gravior eo appareret, quo inter pignus & pignus, matrem & matrem innotescit discernen. Observat Cornel. Alapide, in expulsiōe a domo patris & patriae, Abraham non tradidit matrè exulem filium, *Humeris portandum, sed manu ducendum.* Observatio ingeniosa! Non humeris Agar filium expulsum fustulit; sed tantum manu in exilium direxit: Futura ergo erat Mater Virgo, cui praeparabatur huiusmodi amaritudo, Mater, quae eandem pateret servitute, ducens filium in Aegyptum exulem; atque in exilio prolis; obstrictiora vincula servitute: igitur haud manu, sed manibus portat; & crebris idibus aspectus pueri pectus virginem portatione sauciat. Verum cur? Qui in manibus portat filium, nullatenus ab illo divertit aspectum: unde Virgo quoties videbat infantem, toties sauciorum viscerum renovabat dolorem: Qui vero manu ducit; modò videt, & modò tacem avertit. Hoc in Agar matre subsidium, fuit in Virgine tormentum. Haud faciem unquam avertit, à quo pendebat viscera: in huiusmodi servitute, Virginis exprimitur amarior poena; quippe praestat sanequam cunctis tormentis, exulem videre filium in gremio matris.

Angeli periculi in patria monet, ut mater cum filio apud idolatras exulet. Sigenat cautionem, & matris amaritudinem: crudelioris etenim servitute antecellit molestiam, filium videre profugum, & pati coram. Gandibanda genitrix ascendit, patriam, relicta, ludæ montana; & modò in Aegyptum avolans, cum infante iter agit gemibunda. Conditio finis itineris construxit, & destruxit gaudium; & mestitiam matris: quandoquidem vel profectio in patriam (quid in exilium?) conficitur aere, ni comitentur peregrinos cordis commotio, & animi amaritudo. Vagit infans inter arcta Virginis brachia, & dilectionis vincula: tacebit genitricis pupilla, exulantis pueruli gurgula: Tacebit in luminibus flagrantis pectoris, plorante filio, charitas omnino maternae; cum ploratus exulis materia sit, dicere nihil & omnia: Lacrymae pueri profectò cuspides virginali cordi. Sese Virgo Deipara in exilio prolis cogitat matrem; & exilium convertit in molestiam usquequaque servitute. Sane privati quam patria non est aliud supra laborum; cum in servitute ut vidimus convertatur exilium. De servitute Virginis pro-

Genef. 21. 14.

Alapide.

Præstat cunctis tormentis, exulem videre filium in gremio matris.

Cordis commotio & animi amaritudo in flagrantibus voluntas est renova.

petr Sponsum, agemus Tautolog. seq. Didascal. 10.

DIDASCALIA X.

Virgo Mater iuxta Filij crucem plusquam martyr.

Ildeph.

Bernar. Sophi.

Mori vitā, suum mentem.

Joan. 19. 25.

Mors Virgini iuxta crucem filij triplex.

Marth. 2. 16.

August.

Excedit mortem, videre filium morientem.

Los ex vireto cultissimi Ildefonsi Serm. de Assumpt. qui sepe de Virgine loquitur tolas: cui asipulantur Bernard. Serm. de Duodec. Stell. & Sophronius apud Hieronym. Serm. de Assumpt. Levissima planē poena, qua corpus solummodo cruciatur. Alidus erigitur, dum anima non in corpore, sed propter corpus lacertatur. Pati corde, discerniari mente, quin faucietur pectus; immedicabile vulnus. Martyr est, quicunque usque ad mortem, uti fidei testis, perferat tormentum. Qui in morte moritur, obit martyrium: mors utique toleratur; at plusquam martyr erit, qui vitam moritur.

Intende in cruciaminis articulum, ut à dolore nimio accipiat testimonium. Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, &c. Ecce doloris Cooredempriensis altitudo, ubi consummatur à Christo totius nostri generis redemptio: scilicet, pena triplici cruciamine, atque unica vita triplici morte. Torquebatur, quia Stabat, quia Mater, & denique quippe Stabat iuxta crucem. Si (uti filius) esset in cruce, moreretur, & placide; patereturque iucundissimè: verum filius in cruce, & mater iuxta crucem, ultra mortem est cruciamen: siquidem generici deficiunt sanequam vires, ut filius interficiatur & coram oculis.

In puerorum innocentium cede, quos iratus Herodes iussit occidi; ovium tantum audiebatur balatus, quantum vox latos penetraverat coelos. Grande martyrium: crudele spectaculum: ait August. Serm. 1. 55. Innoc. Puer ingulatur, & apud eundem: sic mater quæritur: Iunge mortem, & libera matrem. Perperam mater liberatur, si cum filio cæditur: haud minus conficitur libertatis sententia mortis. Quo igitur pacto, si in vita libert. s. nanciscetur libertatem; quæ cum filio infelix amplectitur durissimam mortem? Facit. Mors extremum malum est: at mori filium, matris mors, sed non extremum: igitur moritur videns filium palpantem; & vivit, ut videat mortem. Cum morte, lumina claudit: & quod oculus non videt, cor non dolet. Excedit dolorem ama-

risimam mortis, videre filium morientem; atque simultas mortis dicitur quies, ac libertas vulnerata sine vulnere matris; quia potius optabit genitrix mortem, quam filium aspiciere exinctum, & innocentem. Hic sic collatio vitæ cum vita matris: ultra mortem extenditur potestas mortis: ideo dicitur, Martyrium grande; quippe plusquam martyrium, coram oculis matris filium mori. Cedere fato, vel in tormentis, est conditio humana fragilitatis: verum vivere & mori, martyrium grande. Mulier vocatur à Christo & non mater, quavis adherens cruci, animo excella; dum esset filius anxius in agoniam. Quomodo vocaret matrem, videntem filium morientem?

Mater nam plium laceraret viscera nomen. Urlique: siquidem morte filij, qua vivebat ut mulier; in ipsa vita moriebatur ut mater.

Morte morieris, dicitur Adamo, in quocunque die de interdico gustaveris ligno, Morieris, & morte morieris. Ergo poterit mori, procul morte. Sanè. Morietur duplici morte. Mors duplex impossibilis prorsus cogitatio; cum simplicis interitus sit per noxam consilio. Spiritus vadit, & non redit: qua via exordium humani generis, exemplum ostenditur duplici morte? Proclivè: Mortuus est Adam ut homo, & mortuus etiam ut pater: prius in vita, post in morte: ut homo, patiendi; ut pater, compatiendi. Mortuus, quia mortem sustinebat, & quia amabat. Natus est Abel, quem de vivis per vim sustulit Cain. Vidit casum filium, & emisit halitum. Mortuus est, & mortuus est. Mortuus est ante mortem: ut vidit & non vidit filium Abelem: igitur videre filium exinctum, sine noxa & a fratre vulneratum; expulsi è pectore inhaerentem spiritum. Quid mirum, ante mortem passum vim mortis? Licet plures vitas pater haberet, amitteret plures.

Deinde: Caritas, qua patiens est, transfertur in eceuleum; quod quidem acris tormentum: igitur deterius morte, cum anima inveniat vulnerata charitate. Amore pravelet, amore languet. Vulnus charitatis instruit animum ad toleranda incommoda corporis. Quodnam itaque pharmacum ad vulnera charitatis? Caritas erga filium, qua florens merito extiracat, vitam patris ante mortem iugulabat: Aptè duplici morte explicatur patris tormentum, videns filium lethaliter vulneratum: igitur potius eligit mortem pati, quam mortem videre filij, iurè dilecti.

Perduellionis reus interficitur Absalomus pendens in ligno, ut rebelles filij fidem

Cur tum dicitur mulier & non mater? Joan. 19. 26.

Mantuan

Gen. 2. 17.

Morte vio lenta filij, moritur in vita pater

Cant. 2. 5. ex Sepe. Incep.

Vulnus charitatis validum.

Extenditur ad impossibilia.

2. Reg. 18. 33.

Crux amari, velle pati, sed non posse.

In morte genti mors deploratur pro solamine.

Cogitatio doloris. Desparatio iuxta crucem.

Hieron.

Ezech. 21. 28. Morietur vivens

fidem discerent in exemplo. Familiarior fide sustulit, quia à fide descendit. Fama necis pervenit ad patrem, qui plus filium in meliorem cogitaverat reducere mentem. Fulnebris victoria, & militum plausus. Doluit qui vicit: unde querulus exclamabat: Quam mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalom fili mi. Caritas patris uti summa, etiam extenditur ad impossibilia. Mori pro filio? Hoc intendat perduellis geniti machinatio. Votum erat excellentis charitatis exhibitio, & durissimum cruciamen cordi paterno: siquidem diurus morte, non posse & intendere pro filio pati.

At perpende votum. Mori pro filio? Quid? Querimonia nascitur ex dolore: minor nanque qui vitam sociat, quam qui exturbat. Haud in patre. Non est mors, quam cum filij morte possit conferri. Lubentius accipiet mori, quam videre: & mortem optat quasi levamen, ac doloris tanti amarissimam dulcedinem; quippe suavior mors etiam in genitoris affectu, quam videre filium morientem, & vulneratum in ligno. Acerbior igitur pater visio filij cadaveris, exacerbatione mortis.

Ratio prompta. Crucifixus mortis lenire poterat aspectus filij: & amor invenit, fraudatus à desiderio, tormentum; ubi fixeræ viscerum pendentiæ à filij vita, solatium. Pati in cruce, mors erat: videre patientem in cruce, dolor gravior ipsa morte: siquidem mors in filium prævaluit, & mater commori morte non potuit. Nec mori licebat, nec vivere poterat. Non licebat mori, ut mors intensius cruciaret: appropinquabat usque ad portas mortis, & fragilitas prævalebat immortalis: igitur ianna dolore pulsatur, verum vita non ingreditur. Deficit anima usque ad mortem, quin habeat auspiciatorem: imò presius sine illa eius gra. at in imperio; quoniam doloribus mortis, vita pervenit usque ad mortem tantummodo. Etiam nec vivere poterat, quia vita filij vivebat: & ita vivebat, ut vita in morte filij ostenderet miraculum, ac patientia sustineret mortis & charitatis grande martyrium. Vivebat moriens, moriebatur vivens: nec mori poterat, quæ vivens mortua erat. Moriem filij suam fecit, inquit Hieronym. Serm. de Assumpt. Gladus minime pectus matris aperuit, sed pertransivit; ut nulla esset portio corporis sine dolore, nullaque pars sine gladio. O macro, macro! Gladus utriusque corpus transibat: transibat sævus: sævus perimebat utrumque; sed animam non transibat, quam pertransibat. Tot tristis mater (credebant si-

dera cuncta) suscepit infixa cordi vulnera, quor suspexit in prole inflata carni stigmata. Mori propter mortem nescit. Visio sanequam magna oculis exponitur. Rubus vitæ in corde ardebat, & neci comburebatur.

Brevi ergo periodo exponitur huiusmodi doloris imago. Stabat iuxta crucem Iesu: dicitur oculato teste. Non crucem patiebatur, sed plusquam mortem patiebatur iuxta crucem. Pati in cruce, relucebat passio mortis. Iuxta lignum crucis, mors passionis. Filius in cruce, & talis filius! acerbior sane cruciatur, Mater, & talis mater, sic considerans filium! crudele omnino spectaculum. Patiebatur, & plus patiebatur; quia patiebatur, & compatiiebatur. Vide Corol. Alapid. hic ver. 26. citæ medium. Durius & amplius: Etiam: amplius ergo cruciamen: siquidem cor ælianus amore inter passionem, & compansionem; plus patitur condolens, quam perpetitur patiens.

Duce Iuda (quem ducebat malitia, comite audacia) cohortis malignantium, & ministris Iudaorum, ut adducerent ad Pontificem, comprehenderunt vitæ Auctorem. Oblatus est, quia ipse voluit: & illic ut canum rabiem Magister vidit; ductus discipulorum amore, dixit illis: Si ergo me quaeritis, sinite hos abire. Quid Domine? Sciens omnes, quæ ventura super te procedis, & curam discipulorum non dimittis? Ihorum interest societas, ut probetur charitas (siquidem illis blandimen pati cruciatum, qui mutuo excitabantur commori tecum: & micet momentum charitatis, in exhibitione operis. Cur ergo illasi abibunt; qui in occasione, dilectionis sollicitant testimonium? Ne augeretur in Magistro dirum tormentum. Comprehensus patiebatur ob dilectos, & intime; quæ quidem poena blandiebatur amori. Illis comprehensis, dolor inolesebat passionis: quippe & illa pungitur; & cruciari videbat, pro quibus libentissimè patiebatur. In comprehensione sua dolorum sublinet, in discipulorum comprehensione condoleret: & discipulos incolumes iubet abire, dum indulget, se comprehendit, quoniam licet amor placide pro suis perpetiatur crucem, ægrè fert vel mansuetus suorum passionem. Minimi pendet charitatem necem propriam, præter appendit, & pendit cladem alienam: discipuli ergo dimittendi sunt salvi, ut Magister celestis requiescat vel in passione: quandoquidem etiam amor fiat ut sustineat valide ingenia cruciaminum; deficit cor, ut videat

Exod. 3. 3.

Quodnam amolius cruciamen compansionis; vel passionis

Alapid.

Joan. 18. 8.

Amaret, si libenter, sufficit crucem, ægrè fert suorum passionem

deat vel minima incommoda dilectorum.

Deinde. Transadigitur cor Magistri in huiusmodi articulo, excusso à dolore, & ab amore iaculo. Claudebatur, includebatur, concludabatur gladio mortis futura, & etiam propter illam discipulorum terrore, quos vehementer diligebat, & illorum desiderio flagrabat. Contendebant in pectore passio, & compasio: ac dimittere discipulos, uti primum, consulit in articulo; igitur ampliori constantia opus est in compasione, quam in destinata cruce. Ita dolor valet, & prævalet, si cor dolet; quantum distat dolor cordis à crucianibus carnis.

Ultrà. Vincula dirisissima sustinet Agni immaculati patientia, refugit autem Discipulorum vincula. His illi, non ille patiebatur. Haud dolet, ubi non est dolor. Quidam propria vincula prætermittit instantia, & dolet discipulorum forsân futura? Horum in-tuebotur, propria verò patiebatur: & plusquam pati, angit amantem, dilectum circumspicere patientem. Dolor Christi in comprehensione, non erat dolor propter vulnera, sed vulnerum. Non propter vulnera, quæ urgebant in passionem diligentem, sed vulnerum sequendorum ob discipulorum comprehensionem. Erant vulnera vulnerum, quod viget summum tormentum: atque in propria comprehensione, discipulis conceditur libertas fugæ; ne removens ab illis auxilium, pateretur (cùm videret pati) omnium dolorum extremum.

Caterò. Deceverat pati in cruce, & discipulos iubet abire. Obesse poterat ab huiusmodi consilium, discipulorum vinculo amabile contubernium? Poterat sane. Illos diligebat quamplurimum, & in finem dilexit, cùm dilexisset. Si dum comprehenditur, vincitiam comprehendenter à ministris dilecti paterentur & eorum oculis unde priusquam toleraret tormenta crucis, sustineret crucem per tormenta compasione; quia dolor suffocaret spiritum, antequam lignum portans, perveniret in Calvarium.

Denique. In passione virtus oritur ab amore, qui animum vel imbecilliorum erigit. In compasione dolor procedit ab amore carnificæ, qui ultrò vulneribus animum angit. Languor coalescit ex medicina salute, mortisque confurgit ex spiritu vitali: & Christus confortium discipulorum refugit, ubi pro illis iucunde vel vitam offert; igitur si inest constantia ad dolorem vulnerum, de-sicet anima sentiens vulnera dolorum.

Plus pun-git dolor compasio-nis, quam carnis.

Dolorum ultimum est, vide-re pati dilectum.

Tormenta crucis antevertit cruciamen compasio-nis.

Plus valet vulnera doloris, quam dolor vulnera.

6 Patet modò iuxta lignum filij crucis, crux amarissima Virginis-Matris. Unico istu configitur cor amantium, quia cor unicum.

Ingerit hoc ferit illa, facitque in vulnere vulnus.

Dixit appositè Ortho Vanus Amor. Emblem. 76 Quid hoc? Vulnus in vulnere? Haud tautologicè dicitur 3. Reg. 20. 37. *Percussit, & vulneravit: & Sponta minime gratis queritur inveniens, Cant. 5. 7. Percusserunt, & vulneraverunt me* (de quo suo loco) cùm sit sine vulnere vulnus; & animus abs vulnere percutitur, & sine vulnere valide vulneretur. Verùm & quomodo, si vulnus neutiquam sauciat? In amante sine percussione vulnerat. In percussione patitur amans vulnera passionis: in compasione vulnera charitatis: illic vulneratur vulnere, hic sine vulnere vulneratur, & altius cor diligenti sine percussione percutitur; siquidem amplius dolet de percussione vulnerum, quam de actis vulneribus percussio-nis. Hisp. vivide: *Lo primero es dolor del golpe, lo segundo es golpe del dolor.* Unde amans magis sine passione patitur; quia in passionis vulnere corpus, & in compasione cor sine vulnere percutitur.

Dolor filij erat dolor meus (astruit Virgo virginum apud Brigittam lib. 1. *Revelat*, cap. 10. 27. 35. & lib. 4. cap. 23. 70. *quia cor eius erat cor meum.* Haud opus tuit percussione utrinque, ut vulneraretur uterque, scilicet filius, & mater. Super dolorem vulnere addiderunt, cùm percuterent vulnere super vulnera filium: & agebatur matris pijsima sine vulnere pena, cùm filium animum premerent iusticia vulnera; siquidem hic sustinebat dolorem vulnere, illa verò vulnera acutiore dolorum. *Christus carnem, Maria immolabat animam.* Dicit Novarinus *Umbra Virg. Excmf. 46. num. 460.* Dolor est pati, dolor doloris compati: & dolor doloris sine percussione, altior est dolore, qui casatur à vulnere; igitur hic corporis, ille mentis. Unde plus affligitur mater, quia moritur vivens; & filius moritur mortuus: quia pena non finiebat, nec finiebat; ut vivens non moreretur: quia vulnerabatur istu quolibet sine vulnere; cùm filius vulneraretur passione: & denique quia dolor crucis avellens à filio vitam, Virginis Matris pertransibat animam.

7 *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*, dixit Virgini Simeon, ducenti filium in templum. Emphasim continet verba sacra mysterijs, dum profertur *Tuam, & ipsius.* Unicus gladius, & duo vulnera. Haud patie-

Otho Vni

Vulnus ex vulnere quale

Brigit. Cor Vir-ginis cor erat in cruce pa-tientis.

Novar. Quatuor cause potissime doloris Virginis in amari-tudine passionis.

Luci 24 35

batur corpus: animus vulnerabatur Christi vulneribus; igitur ex percussione vulnere Christi patientis, gladius retorquebatur in viscera matris. Amor pectoris materni passionis avidi, cor trucidabat Virginis in filij passione: & dum gladius eximitur in filij corpus; te, ipsumque filium pertransit gladius: siquidem haud matris vulneraret ipsiritum, nisi prævalide interficeret dilectum.

Gladius huiusmodi apud Ambrosium lib. 2. in *Luc.* & lib. 3. de *Virg.* intelligitur amor. Ni haberet amoris emblema; nequaquam peteret Virginis anima. Vulnerabatur filius patiens per crucem, mater tristis per amorem: & dum signatur unicus gladius; aprè addit & *Tuam, & ipsius*: quippequam ex vulnere filij carnis, in matre summa patebat vulnera cordis.

Perpende *Tuam ipsius.* An quia Virgini vita, vita Christi; & filij, matris? Pie sic contemplantur Hugo hic. Perperam hi duo Cherubim sese mutuo respiciunt, ni eandem animam haberent. Quoniam enim pæcto gladius matrem, & filium pertransiit, dum animam Virginis, & non filij gladius acutè pertransit? In promptu ratio, qua nota filij dilectio. Dolor filij patientis cor tranfadegit amantissimæ matris (pertingens usque ad interiora animæ) dividens indivisibile, & sine vulnere: igitur ut optime medietur Arnold. Carnoteus. de *Laudibus Virg. Maria offerebat holocaustum in sanguine cordis, Christus in sanguine carnis.* Non animam Christi instrumenta dixit passionis doloribus affecerunt, non tormenta crudelia fugillarunt: & dum passionis corporis memoratur coram Virgine gladius, *Pertransibit* (ait Simeon) *tuam animam & ipsius*: quoniam usque ad animam Christi intraverunt dolores; qui procedebant in ligno crucis, ex doloribus diris vulnerum matris.

Proposio quidem. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Iuxta crucem pluri-m, aut omnium DD. sententia: Abros. ubi supr. Bed. & Bernard. Sermon. de *David. Stellis.* adimpletur Simeonis lachrymosa prophetia. Verùm quomodo gladius in Virgine, cùm non legatur gladij occisione ex hac vita migrasse? An quia fecit affectus, quod poterat gladius? *Fortis est ut mors dilectio.* Sed adhuc ambulamus per factum. Vulnere hic exponuntur filij, vel genitricis? Anira transossæ profectò mucrone doloris. Ergo mater. Bene, sed ubi gladius? Percussus filius. Hic patiebatur in cruce: mater iuxta crucem patiebatur. Ed eruit pena, quò stabat iuxta: Christus sustinebat penam crucis; Virgo autem crucem patientis. Ille

Gladius Christi patientis retorquebatur in viscera matris

Ambr.

Gladius amoris pertransibit.

Hug.

Quomodo anima Christi passus fuit crucis tormentum? Carnot.

Perperat affectus, quò gladius acutur.

Cant. 8. 6

Virgo iuxta crucem sustinebat crucem patientis.

tolerabat vulnera ferri, hæc vulnera filij. Erat vulnus vulnere, & dolor dolorum: quid, quod animam matris casu ide pertransiret, eum aliò locum gladius huiusmodi non haberet? Gladius in anima, expressio est summi doloris: & nota extremi cruciaminis: satis enim vulnera ostendant genitricem dolorosam; cùm gladius filij dolentis pertransiret animam.

8 Ultrà commeavit dolor in viscera matris, ut obtineret iure lauream coedempricis. Morebat, & dolebat; sed stabat. Ecce Virgini acerbissimam crucem: dolor qui lenitur, vel fatigatur constantia; & exacerbatur medicina. Ecce Virginis crucem: virtus spectabilis fortitudinis sequerebatur etiam partes doloris. Indecisa causa in celeberrimo conflictu, & contentiosa pugna. Contendebant. Dolor constantia, constantia pugna: dolor non recedit, virtus non enaruit: dolor intimè premebat, sed Virgo sicut dolor constantè stabat. Hinc labor, hinc virtus. Pena versatilis, Virgo immobilis, aurora abs rore, nimbus abs imbre, sine unda mare, contritio non contrita; igitur animus excelsior, & corpore erecta. Transixa stabat, sed fixa: Audit, vidit, auditu, aspectuque dolet: & etiam stabat; quum ex ore filij gladius uterque parte acutus exibat. Moritur filius: & homo parus sufficitur pro Deo vero! Gladius utraque parte acutus est commutatio. Rostrat quidem pena; verùm nec levis auditur Virgini querimonia.

Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea anea est: querulus lob exclamat. An quia anima lervatur, ubi doloribus mortis undique afficitur? *Animam illius serva*: idest vitam, dicitur hosti infensissimo. Haud levamen, sed summum angorem concessio-nem arbitror; siquidem vitam usque ad mortem deducere, & à morte revocare, est sape mortibus mori. Penarum summa, dulcis est vita; quia sic permanet infensum subfidium vitalitatis, quasi minimè pateretur tormenta mortis. Dolor enim in auge (ut augeatur) vim remittit; ut anima possit pati, quod pati minimè possit.

Premittit arcus doloribus, & arte doloris lobus, quo vagatur innocens querulus. Haud lapidus durities pectoris hominis. Homo igitur sensibilis, & rationalis. Vel ratio pensandanda, dum iustat calamitas; vel sensibilitas. At acuitur mucro doloris in tanta calamitate, quippe iacet cadaver, verum cadaver sensibile. Vis nec admittit sensum, nec sepelire cogitatum. Unde pro stemmate lethalis signatus, vivit moriens compos do-

In Virgine dolor constantia iugnant.

Mater transixa stabat, sed fixa.

Tob 6. 12.

Ibid. c. 2. 6. Dolor summi remittit, ut augeatur.

Maximè si non admittit sensum, nec cogitatum.

loris, & compos meatis. Ars ergo doloris est, contorquere crebris ictibus hominis viscera; quasi essent viscera faxea. Succumbet autem humana fragilitas, ni aspicietur dolorum lenitas: & plane carni durissimum, a molli extorquere fortitudinem lapidum.

Fortitudo laedis labilis, ref. p. etu forti sed nis Virginis.

Adhuc huiusmodi quærimoniae solamen deseruit Virginem iuxta crucem. Nec vox quidem auditur: vel suspicia iugulantur. Nec lachryma sonat, nec musitatio crepat. Opprimitur compuncta gravitate doloris; & stat sentiens quasi insensibilis lapis, ita vincens fortitudinæ cruciaminis fortitudinem, dum calamitas filij construit cruciamen, quasi corpus compactum esset ex valido aere, & nequaquam ex sensibili fragili carne.

2. Reg. 12. 6. 4.

Quid non mortalia pectora cogit paterna charitas! Si habuerit homo omnem peccantiam, quasi nihil dispiciet eam. In penam flagitij patris, filij vita interdicatur. *Filius qui natus est tibi, morte morietur*, dicitur David, de filio nato gaudenti. Comota sunt viscera patris, de innocenti morte, & innocenti dolentis. Facti penitet, penitentiam etiam agit, in terra decumbit, orat, ieiunat; & frustra omnia sunt; quippe filius cum precibus licet, desperatus est, imò illicet mortuus: cognovit pater, & quiescit. Cur ergo si tantis penitentia signis fatagit vite filij; audita morte, compescuntur lachryma? Illud magis, propter quod unumquodque: mors non magis? Non. Erat mortis sententia, & sententia lata. Pater cogitabat & intentum, & idem. Primum luget, de secundo minime dolet. Ubi dolor acrius agit, ibi manum meditante apponit: igitur inter angustias patris, minus profecto habebit angoris, filium videre mortuum: quàm cogitare non obnoxium morti, mortis legibus addictum. Hisp. *Mas que la muerte, asligo a un padre, saber que el hijo, y sin culpa, es condenado a muerte.*

Devotio morti incalculum potius, quàm morti paterno pehoris.

Causa faxò subest. Sententia mortis fertur, vita damnatur: & etiam instat mortis sine morte causa; quia nescitur, quando mors lata ferenda. *Specie vincuntur, qui patientia resistissent*: inquit Cordub. Stoicus *Epist. 14.* Congruè. Ut plus torqueantur viscera, tormenta proponuntur specie: igitur ad toleranda cogitationis cruciamina, non est patientia: quippe in quolibet momento temporis instant glomeratæ mortes. Quis tibi nunc sensus, dum cernis talia Virgo? Filius qui natus est tibi, morte moritur. Sic prescribitur in capite libri, propter noxam patris Adami. Expedi enim, quòd moriatur homo; ut vivat homo. Sed moritua-

Senec.

rum (ascit Regina à dextris, circumdata varietate dolorum) & comitatis morientem iuxta crucem. Inventa est mulier fortis, desiderata tot facilis: quæ quidem flans perterrita, immobilis sustinet, videre propter noxam mortui patris, filium traditum in cruciamina mortis. Quæ (proh dolor) sola (vah!) sustinuit videre filium; morte damnatum? Ut præstaret virtus Virginis super ipsam fortitudinem, sicis oculis aspexit innocentem, & morientem.

Specie vincuntur, qui patientia resistissent.

10 *Non videbo morientem puerum*: dixit Agar. Liquefacta sunt viscera, & clausa sunt matris lumina. Mortem, licet agrè, audirem; sed non videbo morientem, quippe deficit cor matri, in ipsa cogitatione. Moriturum sibi scio, sed quando nescio. Amor impellit, & dilectio cohibet. *Non videbo*. Mors contingit in instanti: si videro, moriar læpè Moriatur, sed procul à me, ne successivis momentis prævaleat multiplex mors. Longè cor cogitamine pungitur, verùm angor non videtur: morulus vagatur in absentia phantasia, & demulcet animum possibili incertitudine penæ: ceterùm videre mori, & non mori cogitatur impossibile: tormenta ergo patet visceribus, nuncijs luminibus. Ingruit gravis afflictio. *Non videbo*: igitur virtus abest à genitrice, ut filium videat sitibundum mori.

Genes. 16.

Mater sepe moritur, si ab illa filius moriens aspiciatur.

Filium videre mori, & non mori, est impossibile.

Virgo Mater erat: filius moriebatur, & iuxta crucem stabat. Virtus fortitudinis, & amor illam compellebant stare, & cruci transfixa figi. Quo plus dolores sentiebat, magis stabat: quò plus stabat, eò magis crucem sentiebat. Ipsa sanè fortitudo, quæ fovebat animum, spectabili, arteque subtili est molita tormentum. Vidit puerum morientem, sed filium nemo vidit lachrymantem. Agar *Flevit*, & eminus. Virgo flectit sine flectu, & cominus; intendens anxie coadiutrix in genus humanum, & in filium morientem sitibundum. Congruit, ut ei esset fortitudo, qualis fulgebat dilectio: & ut plus vinceret, amorem ipso amore superaret.

Virgo, ipsa mater, crucem iuxta non flet, Genes. 16.

11 *O excellentissima pectoris virginæ charitas!* Quis possit grates perfolvere dignas? Perperam debita solvunt, qui sceleribus filium iterùm crucifigunt. Obliviscuntur miserè tantæ gratiæ, quia non est qui recogitet corde. Quomodò excitabunt vulnera gratitudinem, cum vel facilem moveant nullam viscerum compassionem? *Sustinuit* (refert tormenta crucis per os David filius patiens: intendite.) *qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non invenit*. Sustinuit, vel spectavit: Torta die expandit manus suas ad populum non

Psal. 68. 21.

Sustinuit Christus & in Cruce crucem; non invenit in hominibus humanitatem.

Qualis abduratio cordis laetæorum.

Tantummodo Christus in passione habuit matrem compatiens, & consolatricem.

Felicitas hominis à cruce Christi.

Chrysolom.

non credentem, & contradicentem; non habens consolatorem. Ergo expectavit, & non sustinuit: sustinuit crucem; expectavit solamen: & non habens consolatorem, dicit merito *Sustinuit*; quippe sustinuit aliam crucem; non inveniens compassionem. *Perpente: Qui contristaretur, & qui consolaretur*. Tritis usque ad mortem mansit; quia nullum contritatum invenit: si invenisset contritum; per illum in cruce haberet consolationem: levantur enim moelle, cordium rationalium compassionem, sine qua dicit iure, *Sustinuit*; quoniam acuit subtiliorem dolorem; non invenit in homine humanitatem. Cor profectò hominis docile, & ita lenè; ut nullatenus ferat alterius pullare vel specie cruciamina; quin ostendat oculis compassionis natæ signa: & Christus aliter sustinuisse in cruce, tanquam vehementiorem dolorem; non invenit hominem compatiens; siquidem nimis crevit, & intinè pungit, contemplari insensibilia, hominum docilia pectora; ubi commota sciendæ durissima faxa.

12 Testimonium huiusmodi potius aptare Virgini astanti Cruci, quam filio in Cruce pendenti. *Sustinuit* (dicitur) *qui simul contristaretur*. Christus habuit matrem contristatam & dolentem, simulque consolatricem. Alius qui contristaretur non fuit: igitur nemo sicut illa cognovit: & in ipsa compassione molestem crucem sustinuit; quippe quàm non invenit dulcedinem ullam, cum gladius passionis filij pertranseret usque ad animam. Nonne plusquam martyrem prædicabimus, quam tot mortibus vivam invenimus? Prædicat vulnus, cum sensum excefferit compassionis affectus.

DIDASCALIA XI.

Crux nobis totius causa beatitudinis est.

August.

1 *Cor Augustini flagrans scintilla ex fornace pectoris in cruce pendens, & compunctum meditatur*. *Serm. de Parasce.* Quid mirum? Beatitudo collectio est omnium bonorum: & ut opus esset mirabile; nacti sumus regnum beatitudinis, per id quo corruimus in voraginem infelicitatis. Chrysolomus *Homil. 55. in Matth.* astruit. *Crux* (inquit) *terrarum orbem convexit, atque sanavit: errorem abegit, veritatem reduxit, terramque in calum restituit*. Desunt profectò encomia: omnia bona veniunt pariter cum illa. *Tom. I. Taut.*

Placuit autem DD. non infima nota (Ambros. in cap. 23. *Luca*, Bed. de *Locis Sanctis*, cap. 2. Origin. in *Matth.* Masio in *Iosue* cap. 24. v. 32. Adricom. in *Theatr. Terra Sancti*. in Iuda, num. 145. Gretler. lib. 1. de *Cruce* & Alphonso Ciacconio lib. de *Cruce*, cap. 39.) Adamum fuisse sepultum, ubi Auctorem vitæ milites crucifixerunt. Unde August. *Serm. 71. de Tempor.* dixit: *Non incongruè crebrus est medicus, ubi iacebat ægroratus. Dignum erat, ut ubi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret aëria misericordia*. At stipulatur Tertullian. lib. 2. *Carm.* contra Marcion. *cap. 4.* *Golgotha locus esset. Hic est victoria signum. Hic hominem primum suscepimus esse sepultum.*

Adamus sepultus, ubi crucifixus est Christus.

August.

Tertul.

Hic patitur Christus: pio sanguine terra madescit, Palois Ade ut possit, veteris cum sanguine Christi. *Commixtus, stillantis aque virtute lavari*. Quapropter ut astruit Iacobus Edessenus apud Masium ubi supra, spe huiusmodi felicitatis per lignum sacrandæ Crucis; Nocturnis ossa Adami in arcam religiosè susceptæ, & inter filios cum honore distribuit. Ossa illa erant semina immortalitatis, quæ vitam arida, & decorem fufceptura per signa dedecoris. *Succinit Sedul. lib. 5. v. 185.* *Panam deservit honore. Suppliciumque dedit signum magis esse salutis.*

Iacob. Edessen.

Ossa Adami in arca Noë.

Sedul.

Ipsaque sanctificans in se tormenta beavit. Morte mortuus fuit Adamus per transgressionem præcepti, & stimulum colubri; ex quæis traducta originalis noxa. Felix igitur per Redemptorem culpa: siquidem lignum notavit, ut dama toxicæ solveret; & Adamus per lignum obtineret in perpetuum, quod amiserat per lignum. Crux fuit occasio huiusmodi beatitudinis: & ita miracè singulari; ut Adamus halitum inveniret vitalem, ipsomet instrumento, quo vidit mortem. Sub arbore malo, ubi corrupta est mater, succitatur genus humanum; ut pateat virus, & medicina lignum.

Genes. 2. 17.

Nanctitur Adamus in Cruce truce, quod amiserat sub arbore malo.

2 Minime latuit felicitas tanta, vel superflitionibus deditos, & umbris vanitatum obsecatos. Apud Hebræos celebrabatur Kalend. Ianuarij festivitas, quam plaudabant, *Principium anni Arborum*: uti observat Gibb. *Genebr. in Kalendar. Hebr.* quorum reproductio fiebat humano sanguine. Excidisset namque eiusmodi ritus, ni ad unguem referret Epiphanius lib. 1. adversus *Hæreses Nazareor.* Sic enim ait: *Dicebant Aegyptij, illis ab antiquis traditum, Effer omnes*

Genebr.

Epiph.

Quid prin-
cipium an-
ni arbori.

Marc. 8.
24.

Sanguine
Christi fo-
ruit homo
lignum ste-
ria.

Hæcht.

Arbor bo-
no.

In Cruce
est salus
vita, &
resurrectio
hominis.

Ioan. 3.
14.

Amor
Christi fi-
lii ut utile
accepti,
quod utile
hominis.

Numer.
21. 8.
Ibid. v. 9.

omnes mundi arbores ab retro seculis uni-
versali incendio combustas, & perpetua ste-
rilitate multatas: infuso vero sanguine, re-
vixisse, geminasse, floruisse. Ex quo mos,
aut superstitio liniendi rubricâ omnia arbusa
initio veris: quia ignicolorem figuram san-
guinis, remedium auxiliare putabant talis,
ac tanta plage. Hæc Epiphanius. Iam ha-
bet in nobis fabula ficta locum. Stipes Cru-
cis, ænigma hominis (igitur videbantur vel-
ut arbores ambulantes) ab initio transgres-
sionis, tantum stipes. Qui fuerat oliva fru-
ctifera in domo Dei, exarsit à voce grandis
siquidem furculus, quem cogitavit inferere,
divinitatis; quasi clavus enecuit fecundita-
tem radicis: qua infecta, omnes arbores
speciel pulchre ambitus patris combusit, &
in omnes homines mors pertransiit. Non
novum, quod Parca haud parcerent tenaci-
tadini germinum; quæ natura ediderat ge-
minina viperarum. Venit ergo plenitudo
temporis, quo alluit & abluit sanguis Chri-
sti sterile lignum; & atulit illud fructum;
igitur vero sanguine homines, rationales
stipites (canit Laurentius Hæchtan. in Mi-
croscop. Emblem. 35.

Arbor homo versa est, pedibus tendentibus
alte:
Esque caput radix, inquit Aristoteles.)
Revixerunt, germinarunt, floruerunt. Re-
vixerunt, translati de morte ad vitam: ger-
minarunt, valentes de infirmitate in salu-
tem optarunt; floruerunt, viventes ad vi-
tam prorsum gloriosam. Pignus amoris
exitit stipes Crucis. O nobilit alexipharma-
cum! O dulcissima Crucis amaritudo! Igitur
in huiusmodi ligno fiat hominum salus, vita,
& resurrectio.

3. Cathecumeno, legum sacrarum magi-
stro, ac interpreci Nicodemo, dixit cele-
stis Magister: Sicut Moyses exaltavit serpen-
tem in deserto, ita exaltari oportet filium ho-
minis. Filium hominis oportet exa tari; vel
hominem oportet, exaltari filium hominis;
Cuius interest? Cui plurimi referunt. Nonne
hominis momentum? Sane: sed nimia dile-
ctio sibi vendicat ob amorem, hominum
utilitatem. Intende, Sicut ait: sicut Moyses
exaltavit in deserto serpentem, ita oportet
meam in Cruce exaltari humanitatem. Sicut
particula comparationis est. Refertur oportet,
cui refertur, Murnurantibus filijs Israel,
& luentibus pœnas crebri sceleris, serpentis
ignitis, datur antidotum. Hæc (dicit Do-
minus) serpentem ancum. Fecit, & posuit
pro signo. Quid ergo? Cum percussu aspice-
rent, sanabantur. Presentaneum toxicum;
sed præstantius, & ocyus medicamentum.

Patet ergo collatio merifica inter exaltatio-
nem ænei serpentis, & exaltationem Christi
super filium Crucis. Cum aspicerent per-
cussu sanabantur: in momento, sed in salu-
tem resituantur; quippe parum prælarer
antidotum, dummodo tempus flueret inter
illud, & venenum. Medicamen invenit di-
vina misericordia, quod quamprimum, ut
singulare, tolleret vulnera: & ut magis ru-
tilaret præstantia; nihil interuit inter ap-
plicationem antidoti, & expulsionem ven-
eni.

Sicut exaltatus est serpens à Moysse in
deserto, non aliter filij hominis fuit in Cru-
cis ligno exaltatio. Parum pretiositatis ha-
beret ceaple medicina, si in umbra magis
relaxeret præstantia. Plus virtutis inhæret
Cruci, ob Agni immaculati cruorem; à quo
signum accepit insperatam virtutem: ideo
pro signo species exaltator serpentis; quia
nobilis medicamen in ligno Crucis: igitur
ita efficax virtus Crucifixi, lignis idus ter-
pente accipiat medicamen vel lectu oculi.

Oportet filium hominis exaltari in Cru-
ce, sicut serpens fuit exaltatus à Moysse: si
salus largienda ægrotis, vexatis lethaliter
serpentibus virulentis, ignitis; parvi mo-
menti labore obtinetur salutis summum
momentum, & etiam mortis effugium: quan-
quidem intuenti nihil amplius imponitur,
quam respicere; & oppidoquam sanari. Vis
sanus fieri? Respice in faciem Christi tui. Sana-
tur vulnus oculorum iactus. Non tantum
archiatræ est in stipite Christus, sed adinstar
Icteri (Nos Oropendola) medicus ophthami-
cus. Respice ergo, æger virulento morfu
serpentis, in Christi tui pendentis à peritica,
faciem; ut consequaris in aspectu salutem
siquidem illicet ut videas, ingredieret fan-
tias.

4. Deinde. Finxerunt Poëtæ (non sem-
per fallit spatiosa vetustas) per serpentem
consequendam esse salutem.
Dura lues quodâ nostras villaverat auræ,
Pallidæque exangui squalebât corpora morbo.
Auxilium coeleste petunt,
Dicam cum Ovid. lib. 15. Metam. Fabul.
50. Quid tanto morbo medebitur? Serpens
erigitur:

— Et finem specie coeleste resumpta
Luctibus imposuit, venitque salutaris pœbi.
Apostid Andreas Alecius Emblem. 149.
hanc historiam alludens, subscriptio pro leu-
mate. Salus publica: idest omnium, quæ
omnibus Deus adveniebat antidotum. Di-
xit idem Vates, licet nesciens quid diceret
In serpente Deus præsentia sibi misti,
Adventuque suo signum.

Crucis no-
bilit medi-
cina.

Cur ser-
pens eneus
dicitur fig-
num:

Genus hu-
manum
obtinuit
salutem, nisi
mortalis vi-
dit Chri-
stum in
Cruce pen-
dentem.
Plal. 83.
10.

Icterus
symbolum
Christi.

Ovid.

Idem.

And. Ale-
cius.

Ovid.

Signum

Christi sui
originalis
sui anti-
dus me-
dicalis.

Ar-
fuit divi-
ni amo-
ris, quod
venenum
pharmâ-
cum.

Achillis
lancea
qualis:

Ovid.

Rabb.
Lignum
humane
propaginis
floruit, ut
primùm
Christus in
cruce pe-
pendit.

Gen. 2. 6.

Cur arbor
vita dicitur
lignum?
lignum Cra-
cis arbor?
Plin.

Idem.

And. Ale-
cius.

Ovid.

Signum utique: quippe sicut Moyses exal-
tavit serpentem, ut percussu sanarentur, in
deserto; ita futura Christi, salutis humana
viandis, in stipite Crucis exaltatio. Salus
publica est: & cum Christus tanti contagij
solus archimedicus sit; oportuit sicut ter-
pens in cruce exaltari, ut homines affecti
resisterentur saluti.

Clarius & aptius exponam. Vulnus alte
fixum in pectus humane propaginis prove-
niebat ab lectu igniti, & ignivomi serpentis;
igitur, quia præter modum quondam cuius-
dam arboris fructu, fuit inteliciter palta;
ægotavit multiplici symptomate mortalis
natura. Ars amoris construebatur, ut qui
serpens in ligno vincebat, in ligno quoque
vinceretur. Ideo contra serpentem elevatur
serpens in medicamen, & stipes contra sti-
pitem. Futura erat Crux sicut Achillis lan-
cea, vel in fictione, mirifica. Primo lectu cor-
pus, quod intime petebat, vulnere gemina-
to sanabat. Unde Nasonis illud lib. 1. de
Remed. Amor.

Diserte sanari per quod didicisti amare:
Una manus vobis vulnus, opemque feret:
Vulnus Achilleo, qua quondam fecerat hosti,
Vulnus auxilium Pelas hasta tulit.

Ideo uti autumant Rabbini apud Cornel.
Alap. in Numer. 21. v. 8. Sens. Allegor. dic-
tum fuit Eva: Morsum per serpentem sa-
nandum diebus Mesia. Verum quomodò
in tempore Christi remedium? Hoc siquid-
em erat, florere lignum. Utique nactum
igitur conditio humana posita fuit medici-
na, floruitque lignum sterile, quamprimum
abluit Christus pretiosa sanguine.

5. Subit mentem, quod in sacris folijs
arbor vite nusquam dicitur arbor, sed lig-
num tantum. Lignum etiam vite in medio
paradis: dicitur à Moysse. Secus verò de
Cruce, quæ quidem frequenter plauditur
Arbor vite. Vide Ticonium in Apocal. 22.
v. 2. Homil. 18. Scio na arbores etiam dici
ligna in Scriptura, & haud ignoro in illa
quoque dicendi accuratam proprietatem:
unde pungit cogitatur acumen; cur lignum
dicitur arbor, & arbor lignum? Lignum sic
nominatur, quia nec constat radice, nec
frutice, nec cortice. Plin. lib. 12. cap. 11.
Arbor verò, quia vitam habet: unde harum
& illorum discrimen consistat ex eo, quod
ligna telluris sint inutile pondus, & arbores
ferant germina, flores & fructus. Hæcine
venustate prominebat lignum vite in para-
diso: sed quomodò lignum? Turpi nudita-
te plogebatur, terebatur, pessundaba-
tur lignum Crucis. Quiddam arbor vite,
quod sine vita lignum; & lignum, quod vi-

Tom. I. Taut.

tam habet in oppositionis testimonium?

Cæcus quidam exposuit: Aspicies ait: Matth. 8.
14.
Video homines velut arbores ambulantes. Pri-
miparentes mala Hesperidum ferentes, plas-
mati sunt speciosiores arbores, tum venus-
tate natura, cum pulchritudine gratia. Cz-
terum avertentes à veritate auditum, &
convertentes ad fabulas sensum, prurienti-
bus auribus ad vocem incantantium, mo-
dulatione Syrenum; licet bractæatum, gusta-
verunt toxicum. Corda statim selle virent,
cuius accessibus squalentia viperæ tabo
(evanesceit spectabilis pulchritudo) nudan-
tur folijs; & vitiantur futura stirpis radices.
Ecce Adam & Eva humane propaginis for-
ma; & modò, qui termites, exesa ligna, si-
ne germinis, sine frutice, sine cortice: igitur
aperientes oculos, cognoverunt se esse
nudos. Unde quicquid prolis ex illo, & simul
damna, per quam peccaverat, coniuge
ortum, tanquam à cariola radice, arbores
fuit autumnales, infructuosæ, bis mortuæ,
& eradicatæ. Huiusmodi languor diuturnus,
quousque penderet in Cruce Dominus. Et
non amplius? Non: igitur vulnerati & ven-
enati, illic ut aspicerent, medendi. Non
amplius: quoniam per efficaciam medica-
minis, vita reparanda radicis. Non am-
plius: siquidem ligna rationalia natura fec-
cunditatem, per effusum per illos & pro illis
sacrum cruorem; exultaverunt omnia lig-
na silvarum à facie Domini, quoniam ven-
it, lætabunda; quia iam non ligna: igitur
vero sanguine revixerunt, germinarunt, &
floruerunt.

Ultra: duxi opera pretium ab humano
descendere in Crucis sacratum lignum. Fuit
arbor vite, & arbor Crucis eadem. Placet ali-
quibus, de quo aliis, interim ad Pined. in
Salom. præo. lib. 5. cap. 14. scd. ultim. &
Alap. ex Galatin. astruentem, tum in Nu-
mer. 21. 3. tum ad Epphes. 3. 5. 14. Arbor
erat vite florens, & facta fuit sterile lignum,
propter Protoparentum originale piacu-
lum: sed ubi peccavit Adamus, triumphat-
us erat Christus Dominus, transfutato
in arborem vite, ligno, quod nocuerat hu-
mano generi. At qua arte? Accidit verò quod
de arboribus combustis Ægyptus finxit.
Universali incendio arperunt, & rubrica
germinarunt. A Domino factum est istud,
& est mirabile in oculis nostris: igitur iam
arbor vite, quod lignum prosum sterile; ex
quo facer cruor perunxit, suffus ex cor-
pore Agni. Lignum enim arbor vite re-
manebat; quia Auctor vite stipitem non
tetigerat.

6. Defundus puer in sepulchrum effere-
ff 2 ba

Matth. 8.
14.

Genus hu-
manum per
Crucem non
sua lignorum.

Revixit,
gemma-
vit, floruit

Arbor
Crucis ex
arbores in
qua pecca-
vit Ada-
mus.

Revixit
sanguinea
Agni.

batur, cum Christus Naim portas ingrederetur. Qui portabant, steterunt, & Dominus ut adolescens surgere, *Tetigit loculum*. Si sola potestate ab interis alios reducit, cur modò loculum defuncti tangit? Symbolum Crucis est feretrum, ait Alap. hic. Quid ergo? Si vel in umbra mortuorum est revocatio, quare dum in feretro sepeliendum manus imposuit; adolescens non surrexit? An quia Christus non advenerat, à quo vita? Alia latec insignis causa. In ligno puer mortuus facebat: & deplorabant mortuum, quia solimmodò lignum. Carebat virtute, quousque transferretur in arborem vite. Nihil lignum prodesse, nisi lignum Christus tetigisset: & adolescens resurgit, simulac Christus feretrum tangit; quoniam per Christi contactum, futurum erat vitalitatis exordium, ipsum abominabile mortuum feretrum. Vide Ambros. lib. 5. *Commentar. in Luc.*

Floruit lignum aridum, & factum est arbor vite pretioso divino sanguine. Quousque accederet rubrica medicaminis, signabat vulnera mortis; meditante charitate (dum lignum notavit pro languido homine) quòd esset contagi antidotum, idem ipsum lignum, à quo contraxit contagium. Lancea Romali fixa solo floruit, dixit Plutarch. in *Romul. & Natal. Com.* in lib. 15. *Metam.* Ovidij fab. 4. At sub tempus Augusti exaruit. His temporibus prodijt in lucem, qui ostensus erat suo sanguine veritatem igitur non tantum lignum Crucis hominibus notuit; verum amor effecit, ut esset medicina, quæ fuerat lancea. Aptius quam Vates profanus succinere possum, *Feb. 48.*

Subito vidit frondescere in bustam.
Quæ radice nova, non ferro stabat adacta:
Et iam non telum, sed lentis vimentis arbor
Non expectatam dabat admirantibus umbram.

Possum, ut fcedam sub umbra, quam dulcis desiderabat Sponsa, ut inter gentes viveret validissime protecta.

De morte ad autam vitalem, sicut de aegritudine ad solidam undecunque salutem, homines floruisse certum est, & germinasse Agni innocentissimi sacro cruore. Revixisse etiam, ut una haberent salutem, vitam, & vitam gloriosam. Resurrectio non solam vitæ est, sed nova vitæ: quod quidem miraculum illustrat humanum genus: igitur in Cruce, vindice generis exarato, fiat nostra resurrectio; Attamen qua via resurrectio nostra? Quomodo habebit vitam novam, qui non amissit & vitam? Mors ad radicem arboris securim posuit, & ferrum

Luc. 7. 14
A cruce
vita.

Alap.

Virtus
Crucis à
Christo.

Quantum
studium
ansoris in
ligno sa-
crando
Crucis.

Plutarc.
Natal.
Comes.
Lancea
Romali
fixa.

Ovid.

Umbra
Christi in
Cruce.

Mors
mortua est
in Cruce.

exilij; quippe mors mortua, eum tetulisset Christus potentis vagantis arma. Ideo aculeus, arma mortis, instat apicis; que quidem si stimulum infixit, illotunc fugiens inerte. *Ero mors tua à mors!* Utique: insecata in cruce carne corporis, transiitque est vita mortis cuspede divinitatis. Omnibus victoria fuit, & vexillum Crucis morte patientis, vita viventibus & defunctis: viventibus, ut transirent de vita naturæ ad gratiam; defunctis verò, ut transirent ad vitam.

Quòd sic huiusmodi mirabilis resurrectio, pater ex Paulo, & Roman. 1. 4. & Philipp. 3. 11. ubi dicit: *Si quomodo occurram ad resurrectionem, que est mortuis.* De quo nos tuo loco: lege interibi Caictan. *lencæ. 2. quest. 1.* Si resurrectio mortuorum, ergo etiam resurrectio viventium: superfluum utique videretur suppositum, ni luceceret hoc singulare miraculum: & in cruce rutilat huiusmodi gloria; quia ab ipsa & in ipsa patranda universa mirabilia.

Defunctus efferebatur (ut vidimus) filidunicus matris sue. Lachrymabatur vidua, & simul quæ comitabatur turba. Christus ergo misericordià motus, *Tetigit loculum*: & statim resurrexit defunctus, *Et refert, qui erat mortuus.* Obstupuerunt hoc miraculo cuncti, sed nesciebant in ligno magnitudinem miraculi. Adolescens mortuus, erat Adamus: ait Alap. hic, & ad *Ephes. 5. 14.* Vidua, quæ lanceabatur, natura humana, per illum in regionem umbrae mortis deiecta, ac in custodiam infelicitatum, Crucem præsignabat feretrum. Quid mirum cumulus miraculorum? Omnes revocandi erant à conditione mortis per mysterium absconditum Crucis: & Adamus defunctus, ut sensit Crucis virtutem, continuo felix obtinuit resurrectionem.

Ultra progreditur in miraculo allegoria, ut sibi gratuletur natura humana. *Noli flere*, à Christo viduæ faulite dicitur: in qua conditio hominis præsignabatur. *Noli flere*: vitam habes in filij vita. Tibi tribuitur, quòd illi conceditur. Nescio, an ut signaret Dominus naturæ humanæ remedium, super illam misericordià dicitur motus, & non super illum; quia per illum plorabat naturæ ictum ab originaria noxa, & infecta erat ab ab infecta radice. Aptè dicitur: *Noli flere*, quoniam per virtutem Crucis, simul cum filio gloriam habebis resurrectionis.

Modò ad excretionem testimonij. *Noli flere*: dixit Assertor N. viduæ matris, propter vitalitatem proximam filij. Mater natura humana, tamen vidua, vitæ non egerit

Ole. 15.
14.
Quomodo
per Cru-
cem mor-
tuorum
viventium
resurrec-
tione

Philip. 1.
11.
Caictan.

In cruce
universa
mirabilia.

Luc. 7. 14
15.

Alapid.

Mortui ho-
mines re-
surrexerunt
vite cru-
cis.

Ibi. v. 13.

In cruce
et non
sola vita.

cur

cur enim Christus promissione vitæ viduam demulcet? Haud ploraret, & deploraret, quin vitam haberet. Resurrectio est ex mortuis: & serio promittitur resurrectio gaudenti vitalitate? Utique. Lignum lecti, quo cadaver efferebatur, demonstrabat mirabile lignum Crucis, cuius virtus explicanda in mortuos, & in viventes. Resurrectio ex mortuis patuit ad oculum; igitur portendit singulare miraculum: restabat demonstranda per idem lignum resurrectio viventium: & dum resurgit adolescens Adamus à loco, universæ naturæ proponitur resurrectio; quoniam si per lignum crucis cadaver accepit palam pignus vitalitatis; excussari etiam viventes ingum durissimum mortis: quandoquidem per ipsum lignum cæteri, à vita plorantis naturæ, transirent in vitam felicissimam gratiæ.

Perस्पicius ergo. Est et resurrectio corporis, & est anima. Resurrectio corporis stat in reunionem animæ, & corporis. Anima verò (præter quotidianam, qua homo mortuus accipit à gratiæ vitam, & vitam vitalem) signat gradum eminentiorem: igitur virtutem in eo, quòd anima vivens, & viva per gratiam, sublevetur ad gloriam. Quousque feretrum, vel crucis lignum tetigit Christus, vebibus ferreis ocludebatur aditus: & illic ut vita conceditur mortuo Adamo, viventibus animabus impenditur resurrectio; quia illis, quæ priusquam Christus tetigisset lignum, detinebantur in ergastulis terrarum, attolluntur post contactum portæ cælorum. Merito iam naturæ humanæ dicitur: *Noli flere*, igitur excidit impossibile. Resurrectio etiam fit ex vivis, per spiritum crucis: siquidem ingrediuntur ad vitam gloriosam, quæ habebant vitam. Plaudatur auctor huius miraculi Christus; ut annuncietur inter gentes adinventio, & studia eius.

Verba illius, in testimonium æstuantis charitatis, æstuant propositum miraculorum Crucis. *Ego veni*, (ait) *ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Pater venisse in mundum, ut mundus vitam haberet; siquidem per Crucem Christus victoriam, & homo vitam obtinuit: verum latec sensus, quid *Abundantius*? Est ne vita vividior, ut in vita elargiatur misericors amplius? Non est plus, ubi non ultra: quid amplius vita, si in vita non amplius? Amplius in vita, & uberius nascitur homo. Quid enim hoc? Anima resurrectio. Corpora suscitabantur opportuno tempore: animæ verò suscitatae sunt, simulac expiravit Christus in Cruce. Per gratiam acquirerunt vitam vitalem, &

Etiam
viventes
resurgunt.

Qualiter

Per Cru-
cem cæli
apertum.

Ioan. 10.
10.

Quid per-
cruent fit
vita, &
abundan-
tius

Gratia,
& gloria.

Vestimenta
tactu lig-
ni crucis
assuant.

Pined.

Gregor.
Pap.

Abberenti
cruci
terrena ni-
hilii.

Ioan. 12.
31.

Quanta
obstinatio
cordium
renuen-
tium cru-
cis amplexum

Fortun.

Andr.
Creten.

per Crucem vitam omnino felicem; quia ingrediuntur confestim ad gloriam, ubi in gratia relinquunt terrenam fabricam. Olin detinebantur in pœnis tenebrarum; licet vitam haberent ob iustificacionem mandatorum. Advenit Christus, & modò habent vitam & abundantius; quippequam quibus detineantur, & retineantur in Limbo, collocantur in Cælo.

Non ignora sorte institutum est, & elaboratum sanguine huiusmodi lignum, sed ut esset hominibus cunctis pancretium. Memini fœminam quandam casu accedentem ligno (quod futurum erat Crucis, & serviebat pro sedili in Salomonis templo) quasi stupidam factam fuisse, & vestimenta illius igno igne subito conflagravit. Adi Pined. de *Rebus Salam.* lib. 5. cap. 14. Sect. ultim. Tropologiam magis, quàm historiam aucupor. *Quid enim sunt terrena omnia* (inquit Gregor. Magnus Homil. 32. in *Evang.*) *nisi quadam corporis indumentum?* Parum curat de vestibus charitas. Ad quid igitur ornatisima vestimenta, dum flagrant viscera? Nudus Christus ascendit in crucem; ut erudiret hominem abrenunciare terrenis, si adharet stipiti crucis. Signum sanè ictus cordis dulcissima cuspede, universa terrena conflagrare. In trunco omnia Christus ad se traxit, & mundana deluxit. Ideo *Iudicium* exponitur *Mundi*, dum Crucifixus exponitur: & etiam dum fulget transfixi pretiosa charitas, *Princeps huius mundi ejicitur foras.* Corda minime ardent, ac Crucifixum & pro nobis lumina vident. Sunt enim saxis duriora: igitur videntes Crucis signa, plures revertuntur, quin percuciant pectora. Si cor lapidum, & ex silice, flammescat crebris ictibus ferri: clavos habet in cruce, suspiria loco ignitabili. Scindantur corda, ut flagrent in signum contritionis vestimenta. Sequamur ergo velligia crucis, quæ causa quidem totius humanæ felicitas. Canit Honor. Fortunatus.

Fertilitate potens, & dulce & nobile lignum!
Quando tuis ramis tam bona poma geris.

DIDASCALIA XII.

Sepulchrum Virginis non admisi interitum.

Dixit & iurè Andreas Cretensis *Orat. 1. de Dormition. Virgin.* cap. 8. Si sepulchrum interitum, non erit sepulchrum: igitur in sepulchro inferuntur cada-

veras